

IV. Cœlum hoc sensu definitur ab Aristotele τὸ περιεχόμενος σῶμα ὑπὸ τοῦ ἐχάτης κύλιφορᾶς, Corpus ( seu omne id) quod extrema circumvolutione seu primo mobili (hoc enim pro supremo Cœlo habuit Aristoteles) comprehenditur. Ab Authore libri de Mundo definitur: Σύστημα τὸ κύριον τῆς φύσεως, καὶ τοῖς περιεχομένων Φύσεωι: Systema seu compages ordinata cœli & terræ & naturalium seu rerum naturalium in hisce comprehensarum.

*Prima à materia, secunda à forma Mundus petita est.*

V. Partes principales sunt duplices, una continens, reliquæ contentæ. Continens vocatur primum mobile. Estque illud corpus , quod primum motum corporum cœlestium vel conficit vel saltem mensurat.

*Utrum enim sit, aut utrumq[ue] sit nec nihil inter principia nondum constat.*

VI. Partes contentæ sunt vel stellæ vel Elementa, & quæ ex his constant.

VII. Stellæ sunt duplices. *Quædam vocan-*